

Do quidem obedientia Christi pro nobis actibus & passionibus
humilitatis semel praestitis ubiq; definitur in scripturis: et alio,
qui in proclivi esset quaestio, si iustitia Christo glorioso inherens
nobis imputatur, qui id non potius de increata divinitate, quam
de creatâ humanitatis sanctitate, qua utraq; nunc in gloria Christi
fulget, accipi possit, unde haud dubie plures difficultates nasceren-
tur. Ego eam, qua, ut rectè ait Explicationibus Catecheticis con-
tinetur, sententiam simpliciter retineo. Ut verò qui nimium
mangit, sanguinem elicit: ita vereor, ne fratres Galli & Scy-
ti, nimium hîc urgentes fratrem, eliciant scandalum. Simus, que
So, contenti phrasibus Pauli Apostoli ad Romanos. 3. 4. 5. ubi se-
dem habemus nostrâ doctrinâ; et adhuc beamus explicationes sanas
primorum athletarum, Lutheri, Philippi Calvinii p. Si quis vero
quid aliter sentit, hoc quoq; ei Deus relegeat. Opus est pace Ecc-
lesia propter apertos hostes, & falsos fratres. Nec intermittam
tamen in hac sententiam porro etiam D. Piscatorem ten-
tare, quanquam sciam, jam senem suam sententiam vix de-
positurum. De rebus Silesia ex invere isto honestissimo D. Mei-
scheri filio cognoscere poteris. Nostrâ divinâ gratiâ in tuto
sunt. Saluta ex me Rev. Patrem Dominum Socerum tuum
et Vale: meam verò παρρησίαν in bonam partem accipe,
quia aedificationem specto. Raptim Heidelbergae 17 Sept.
1605.

55.
D. Pareus

D. Bartholomaeo Butnero, Polono, Sactori et
Seniori in Glambovitâ.

Salutem à Domino Jesu. Occasione commodâ obla-
tâ Reverende frater per Generosos Dominos Junikovios
qui ex nostra et Basileensi Academia patriam
repetent

96
reperunt, negotij sui causam tibi significandum duxi, jam pri-
deam cum penuria sumptuum huc haurere, et quem exstran-
te. Aetate superiore collegio meo privato adfuit, satis egre-
gie se disputando gessit. vitam quoque honestam apud nos tra-
duxit continuato famulatio hucusque in D. Matthiade Dani-
elibus, ut nulla ad superiores de eo fuerit querela. Nec gra-
tis quod tamen omnino ei famulatur, quin in septimanas
aliquid teneatur dependere, eo quod doctor ille munere
et salario nullo in Academia, ex Convictoribus famuliam
alere cogitur. Nondum enim in numerum ordinariorum
Professorum accessit. Significat autem ad Paschales
usque mundinas Francofurtenses, ut omni se ere liberet,
quinquaginta thaleros sibi fore necessarios. Da, quoto,
operam apud Patrones vestros, ejus ut succurratur ino-
pid. Diligentiam et fide eam omnia compensatum ino-
spero. Ad nostra quod attinet, Academia et Ecclesia
Palatinatus sub serenissimi Electoris Frederici prospi-
cio tranquillitate, divina gratia, fruuntur, nec aliud
ille habet in votis, quam Ecclesias Germania ad uni-
tatem aliquam traducere. Evangelicos dico, quae diver-
sam a nostris doctrinam de Persona Christi et S. coena
sectantur. Res enim loquitur, nisi fiat conjunctio, dele-
aturus, horribile illud dissidii incendium, quae Pontificis
Romani et Jesuitarum hodie sint secunda et artes,
haud procul futurum, quin et nobis et illis tandem
oppressis bestia Romana caput rursus attollat,
et Sapientis postliminio restituatur in Germania.
Non videre hoc volunt adversarii, nec Principes suos
et plebes cessant calumniis adversus orthodoxos in-
flammarum. Neoburgicus Princeps facile nunc primas
ejus partis colloquium cum nostris aliquoties flagi-
tavit. Noster omnibus pensitatis, quam nulli colloqui-

orum fuerit usus, imò quòd oleum camino addant collo-
quia cum talibus stentoribus, quibus non veritas sed applau-
sus spectatur, Synodum provincialem vel nationalem contra-
rget, quæ utriusque partis theologi moderationes de con-
troverſis cognoscant, et si fieri queat, frangant: maxi-
mè Ecclesiarum Polonicarum exemplo, quæ cum in quibus-
dam similiter disſideant, consensum tamen Sandominensem,
ita flagitante publico bono, invicem tuentur, eò quòd
in fundamenti capitibus adversus Pontificios et hæreticos
alios conveniant. In quem usum nuper revisit est ille
consensus, Latino et Germanico idiomate, cujus exem-
plum tibi mitto. Tu quæso cum fratribus et Patronis ve-
stris hanc rem adjuta. Videbis adjectam vestrorum
epistolam ex Comitibus Warsovientibus anno 1578. ad Ele-
ctorem Palatinum Ludovicum nostri Parentem; ejuſ-
demque ad proceres vestros responsum. Hic te primo
rogatum velim, ut re cum Dominis Senioribus vestris
et fratribus, maximè si ad Synodum proximè conveni-
atis, communicata, et per hos etiam cum Dominis Pa-
tronis vestris in actis Synodalibus ejus temporis requi-
ratis, an vestri rescriptum illud Electorale tunc acce-
perint, et an simile quid ad alios quoque Germanici Princi-
pes scriptum. Utinam fuissent tunc tam sancti consilii
expeditores, qui bene coeptum urgere non desissent,
donec ad optatum finem id perduxissent. Minus tunc
difficilis res erat, quando ante concordiam Bergensem
minus videbantur anxii exacerbati. Princeps Jo-
hannes Casimirus Orthodoxorum Patronus, quia bello
tunc Flandrico destinebatur, credibile est rem cum
illo non potuisse communicari. Quod tunc relictum,
nunc videtur repetendum, urgendum, conficiendum.
Occasiones

Ocasiones non defuturae sunt commode; causa
urgentes multae quam unquam graviores, hoc tem-
pore. sum vero nos nostris fatis canamus fabulam,
vos vestro exemplo, authoritate et rogatu pluri-
mam effecturos non dubitavi cum prudentibus et
bonis multis, quibuscum ea de re conferre soleo.
Rem immortalis laude dignam, deoq; gratissima
prestitur vestri, si Ecclesias dissidentes in Ger-
mania ad similem unionem et charitatem adversus
Pontificios, Jesuitas reliquosq; haereticos tra-
duxerint. Repetendam ergo esset a Proceribus
et Theologis vestris ex Synodo illud ipsum rescriptum,
vel simile non solum ad nostram Electorem, sed ad
alios pariter duos Electores Evangelicos, Saxonem
et Brandenburgicum, quorum ille quidem juvenili-
ter admodum refragatur, iste minus videtur alienus,
nec non ad alios majoris notae Principes, Neoburgi-
cum, Landgravium, Brunsvicensen, quibus et
consensus vester, quomodo inity, quomodo privaty,
quanto Ecclesiarum bono Anti-Christi incomodo
retineatur, exponendum et consulendum, quanti
intereit Germanicas Ecclesias et inter se et cum
vestris adversus Anti-Christum nunc tandem
conjugari, et quod via Synodi, ad quam et nostri
et vestri liberè conveniant, haud dubie obtineri
queat contentionum abolitio, ac dissidentium par-
tium conjunctio. Paraty erit noster idem apud
Regem Angliae agere, ut se conjungat: Gallorum
quoq; fratrum atq; Helvetiorum jampridem huc
animus anhelat. Hoc est unum.
Alterum quod a vobis huc etiam spectans peto ut
vicinas Ecclesias Ungaricas de publica confessione
sua sollicitetis, quam quidem, si quae extat, hactenus

de ad ibos.

nos nondum vidimus. Scimus Lepusianos fere Lutheri
sectari partes. Sed ulterioris Ungariae Ecclesiae nostram
haud dubie fidem fuentur. Nunc bellum civile ad poli-
ticam societatem eos videtur compulisse. Date vos, quod
potestis, apud eorum proceres et Theologos operam,
ut consensum Sandomiriensem usdem persuadeatis.
Nihil pulchrius, nihil firmitus adversus Papatum
sali conjunctione. Scripsi ad quosdam fratres Ungaros,
quod calumniis Arianis in Germania ab Aversa-
riis graventur Proceres eorum, maxime Botseaius,
quem Transylvania Principem nunc se gerere, sum-
mi, quos vidimus, ostendant: quibus refellendis con-
fessione publica opus esse ostendi, si scriptam modo
huc mittant, typos huc nobis non defore. Ad conatus
omnino spero. Magis veri conabuntur, si vester hor-
tatu ex Synodo auerit. Plurimum eam ad rem momen-
ti habuerit, si a vestris dictus Princeps Transylva-
nia invitari huc possit, ut idem ad tres Electores
Germaniae et sui purgandi et consensum de fide
testandi causa literas mitteret, operamque suam in
Turcis ad pacem inclinandis, quae Germania à per-
turbationibus gravioribus liberetur, promitteret.
Maximi haec omnia sunt momenti, plenamque diffi-
cultatis fateor. Sed quanti usus, pro tua prudentia
facile intelligis. A vobis autem, qui vicini estis, res
eorum propius aspiciatis, multo quam à nobis faci-
lius prestari possunt. Scio autem non ad te hoc
publica spectare, sed ad proceres, ad synodos perseri-
benda potius esse. Id quidem si necesse erit, et spes
suerit, vel à me vel à magis spectatis, haud grava-
tum prestabitur. Tibi tamen cujus eruditio et pie-
tas et prudentia singularis mihi ex literis non pa-
rum cognita, potius nunc comunicanda duxi, rogavi,
ut singula

98
ut singula tecum et cum fratribus senioribus vestris, quos
ex me officiosissime salutabis, perpendas cogitesque, an
non synodi proxima vobis coitura, hinc gravissima
dignissimaque materia esse possit. Quid autem tibi et fra-
tribus videatur, ad me ut prima occasione rursus per-
scribas, etiam atque etiam oro. Domini Jesus tibi
suisque benedicat et nos omnes in sancta veritate
et pace conjungat. Heidelbergae 11. Decembriis
1605.

Epistola.

Illustrissimo Principi ac Domino, Dno.
Georgio Raderitio

56.

Dni Tubingi et Birsarum Castellano
Trorensi, Capitanco Mozirienti etc.

gratiam et benedictionem tuae Celsitudinis precor a
Domino, Illustr. Princeps. Mirantur multi, unde Pope
et Clerus Romani in Urbe Christiano et animis mille pan-
logis amplius ad tantam potentiam et dignitatem confecerunt.
Doctrina fideique Christiana tanta facta sit depressio
ac depravatio. Utrumque malum ex uno profluxit fonte,
quod nimirum Principes Christiani ferè ab Imperatoris
sub Ethnico magistrata jurisdictioni inter suos assuetis
ita persuasi curam Religionis ab officio suo alteram dixe-
runt. Imperatori vero Principum indulgentia et modo sibi
solis roquere de Ecclesiasticam vendicant, sed et eorumque
extenderunt ut cumulatim indices Conuentionum decretis
ordinem suum jurisdictione civili penitus eximerent, exem-
tum supra Principes exherent, simulque Religionis pra-
textu et Principum modo possessiones et totis mundiciae
deliciasque se traherent. In tanto a. opum ac deli-
ciarum luxu et bene habitus pietas nec bene habitabit
religio. Episcopi igitur in opulentia luxuriosi et indoti
religionis curam commendabant suffraganeis, suffraganei
Monachis et Sophistis, sacrarum literarum vel ignavis, vel
hereticis.